



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

SS. Pavlus Et Ivliana MM. 17. Augusti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

AVG.  
sti.  
EM  
Mar  
natus  
num  
mor  
s or  
lent,  
nge  
age  
sc  
um;  
Vit  
enius  
am  
a du  
pen  
avit;  
num  
nem  
e hu  
fidis  
A M  
A M  
te &  
o re  
um  
erri  
ernax  
erum  
cùm  
udo  
rem

17. AVG. *Vitæ Sanctorum.* 447  
rem Athletæ abstergebant; leone in-  
terim, qui comes Martyri è monte  
iverat, in carnifex grassante. Denique  
tridente confossus M A M M A S ilia  
effusa extra urbem extulit, & moritu-  
rus ipse sepulchrum speluncam subiit.  
*Ex Metaphr.*

SS. PAVLVS ET IVLIANA  
MM. 17. Augusti.

P Tolemaidem urbem Aurelianus  
Imperator ingrediebatur, Christianos, siuta Diis placeret, triumphaturus;  
cum inter effusos obviam cives PAV-  
LVM conspexit signo Crucis contra  
minas improbas se armantem. Primum  
igitur impetum Tyrannus in hunc fe-  
cit, suspensumque cadi atrociter impe-  
ravit. Interea Soror PAVLI adest IVL-  
IANA geminâ planè virtute, & iisdem  
armis in hostem armata. Ea ver-  
bis pro innocentia germani pugnans  
acriter in tyrannum invehitur. At hic  
eodem supplicio jubet affligi. Sed aë-  
rem verberabant carnifices. Hinc in  
liquatam flammis picem mittuntur;  
sed ingressos Bajas crederes. Mox in  
fellas imponuntur ab igne subiecto ar-  
dentes; sed illi inter pœnas has verè  
otiosi assidebant. Ergo in carcere  
compinguntur fame longâ expugnandi.  
Sed ecce nocte intempestâ Angelus  
adest & expeditis è vinculis epulum

F f 4

LLAVIE-

448 *Vita Sacerdotum.* 17. AVG.  
triumphale struit. Ab hoc veteres ite-  
rum pugnas pugnant, inter viperas in-  
columes, inter omnia tormenta salvi.  
Illud I V L I A N Æ peculiare, elupa-  
nari pudorem salvum asportasse, An-  
geli præsidio, qui luce insolenti, quo-  
quot vim inferre Virgini meditaban-  
tur, omnes excœcavit. Restituit tamen  
illa facinus detestantibus oculos, &  
post victos iterum ignes gladio caſa  
novo more & spectaculo nunquam  
Romæ viso cum Fratre Soror trium-  
phavit. *Ex Metaphr.*

S. CLARA DE MONTE  
FALCO V. 17. Augusṭi.

Orculum videre te Cæli puta, quis.  
Cquis Cor hoc CLARÆ vides  
rantâ verecundiâ Virgunculæ, ut loqui  
aliter, quām vultu velato, religionem  
professo germano erubuerit, vulnus  
etiam à tali Oculo timens, quin imo  
facinus non nisi lacrymis expiandum  
rata imprudentem in somno pedem  
lectulo extulisse. Huic pudori tuendo  
noctes perygilavit; infandis flammis  
cilicia objecit; Cupidinem flagris, vir-  
gis & urticis terruit; hostem vero in-  
testinū ultimâ fame domuit, linguam  
que ita frenavit, vel semel tantum, Ma-  
tris alloquendæ gratiâ, silentium in vi-  
tâ fregerit. Huic virtuti insidias factu-  
rus Veterator Ioannam sororem (*vita*  
*tam*